



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

Conceptio B. M. V. 8. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

EC.
cūm
dō ip-
qui à
ause-
mel
rodi-
Di-
An-
vide-
gotii
atroc-
ma-
esta-
esta-
aque
loni-
post
tem-
Da-
, se-
tem-
n an-
n ita-
se.
orco
vitæ
è te-
tran-
norte
ritu-
ratus
verò
est,
atti-

S.DEC. *Vita Sanctorum.* 673
arrisurus etiam nobis in morte, si flen-
tes in vita viderit. Ex Paulino.

CONCEPTIO B. M. V.

8. Decembris.

Peculum sine maculâ ostendimus,
SVIRGINEM Conceptam. Festi hu-
jus diei originem, quæ sub annum
cœpit millesimum ac septuagesimum,
sic habe. Wilhelmo Nortmannorum
Duce Angliâ potente, missus ab hoc
Helsinus Præsul est, qui hostium nu-
merum ac robur exploraret. Dum facit
hic imperata, forte per eos dies gravi
tempestate jaetatur. Nulla aliunde ope
assulgenti, Stellam maris MARIA.M
vocat. Adeſt pro hâc ē cælo Nicolaus,
ſpondet manum naufragio, ſi VIRGI-
NIS Conceptæ diem habiturum ſe fe-
ſtum ſpondeat. Illico convenitur. Sub-
ſidit mare, enatat & vota Helsinus So-
ſpitatrici exſolvit. Atque hâc initia
ampliora D. Anſelmus fecit: ampliſſi-
mis deinde indulgentiis ornavit Sixtus
IV. Pont. Max. in VIII. continuos dies,
quos etiam ipſos luculento miraculo
Numen probavit. Etenim Nicolaum
Pratenſem memorant ad icona imma-
culata VIRGINIS roſam cum hiſ pre-
cibus depoſuſiſſe, vellet juberet, ſi gratū
ei eſſet, octo dies memoriam Conce-
ptionis ſuæ agi, nunquam eo anno ro-
ſa illa marcesceret. Floruit ſemper, &

V u s cum

cum rosâ multorum etiamnum in hanc diem pietas floret , quam ipsa adiun-
limina in Hispaniâ his verbis loquun-
tur: *benedictum sit S. mysterium imma-
culatæ Conceptionis MARIAE.* Quid:
quod aliter sentientes DD. rectius nu-
per ab Hispanis infantibus erudiri vidi-
mus. Se certè accuset , qui maculam
hodie videt ; suam dicat : Non habet
purum , sed ostendit maculas , specu-
lum. Ex Baron. & Spinello.

S. SYRVS E.P. 9.Decembris.

SAcra nostra SYRVS à D. Hermagora
est edocitus , ipse Papienses docuit ,
multum cā in re S. Iuventii operâ u-
sus , quem socium expeditionis Herma-
goras addiderat , cuique à morte SY-
RVS noster mediis martyres inter-
triumphare est visus. Veronâ transeun-
ti , ut de fide nostrâ dicenti fidem ha-
berent incolæ , testem è tumulo mor-
tuum excivit , & cùm primum Papiam
est ingressus , senis civibus gravissimè
decumbentibus salutem corporis , mul-
tò pluribus deinde animorum tulit ,
qui verbis mirisque ejusmodi inducti
facile Christianis accesserunt ; tunc
præsertim , cùm novo hospiti cedere
hospitem Orcinum viderunt , qui è
puero Syri imperio illico ad ergastula
fia migravit. Addo è plurimis aliis il-
lud , quod unum Papiensibus admira-
tionem